

... quoniam opus esset: hoc enim quaedam vis aurea, pinguet, illud aluminu-
 rentur. Aureorum itaque anulorum usus equites, ut diximus a plebe se-
 cernebat, quoniam eos qui equites non essent, ferreos habere mos esset: nec
 aliud quicquam pacis tempore: nam in pugnis auro quidam arma decorare
 mos etiam fuit, praesertim apud gallos. De quibus non ab re extat ad-
 huc homericum illud. Aurea Celsareis ollis atque aurea uestis Virgatis
 lucent sagulis, tum lactea colla auro innectuntur. Simili modo Ale-
 xandri quoque Regis exercitus. Argenteas pides nonnullos ob arma ar-
 gentea appellatos legimus: sicut nostri temporis Duces equitesque lo-
 fos habent et Gallicas ac lacernas auro plurimo argentoque rechin-
 tas.

Merita uictorum & triumphantium praenominibus siue cognominibus
 celebrata. Capitulum. VII.

Sed praeter dictarum cumulum rerum cognomina siue prae-
 nomina etiam his qui meruissent ex rebus clarissime gestis ad-
 nomini diuturnitatem addebantur: ueluti Romulo a uirtute: hoc
 est robore dicto, quem Quirinum ueteres cognominauerunt: tam
 cognomen Martium quippiam et bellicosum prae se ferunt.